

procedens finus simulacra talia non sequeren-
tur . Quæ institutio utinam hodieq; serua-
retur . Tenim maiores illi ingenii artibus
non statim florentissimam in terris Remp .
Regum sedem / condiderunt . Sed per bono-
rum exempla / emulationis studio / paulatim
incensæ tantorum uirtus eluxit , & in eam flam-
mam / Rerum potitam / diu uiguit : quæ con-
trarijs iam hinc studijs extincta relanguit .
Quod si cui honos hic imaginum contemnen-
dus uidetur : is & Pomponij Attici uolumen
de his editum / consideret , uersibus breuissi-
mo argumento subscriptis . Et . M . Varronis
omnium doctissimi inuentum , qui non satis ha-
buit septingentorum illustrium nomina libris
suis inserere : imaginum quoq; figuras / uix
unq; abolendas / reddidit . Ex qua re summus
artifex & Dis proximus est habitus , quippe
qui non solum immortalitatem dederit : ue-
rum etiam Terrarum Orbi cognoscendas præ-
stiterit . Horum ego secutus exemplum ,
diuersorum uultus / ex probatissimis miræq;
uetusatis numismatibus / excribi effingiq; cu-
raui / non cæra solum , sed & cæra / & lino /
literisq; interpretibus (ut Plautus ait . Si
quidem plus mille exemplaribus singulorum
uel minima cris lunamenta imprimi / perio-